

vt minimum tribus annis, in hyacintho
similimum lapidem transmutatur. Item
rubinus à natura non vsque adeò colo-
ratus, tam clarus & perspicuus redditur
successu temporis, vt noctu luceat instar
naturalis carbunculi, ac vbiique positus
absque lumine reperiri queat. Ex hya-
cintho pariter fit, necnō sapphiro cœru-
leus color augetur supra naturam, cum
interserta viriditatet translucente. Mul-
tarum aliarum est gemmarum tintura
præstantissima, pariter & lunæ, quæ in
ipso posita nigrescit, calcemque solis po-
nit, licet non fixi, donec terminum com-
pleteat suæ perfectionis ; de hoc satis.
Quisquis in hac tintura volet operari,
primùm discat ex alchimia præparatio-
nes cum industria perficere ; est enim
præ cæteris omnibus ferè chimicis ope-
rationibus paratu difficilima. Tantum
de coloribus præstat hoc oleum : in ma-
ioribus autem virtutibus non ita creden-
dum est facere, quòd in ipso coloris tin-
tura sit dumtaxat, & non virtutis. Non-
nulli ex metallis etiam tinturas elicere
conati sunt, verùm fefellit eos opinio,

R 3